



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Gratiæ quomodo & pro quibus sint Deo agendæ. Can. IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

litas hominum mouit, vbi atteadi, quam ipse Deo meo infidelis fuerim: aliquid genus plurima cogitabis, quæ hic exercitij gratia assumi poterunt, quæ quisque, vt Dominus dederit, extendere debet.

Gratiæ quomodo & pro quibus sint Deo agenda.

CANON IV.

PRO bonis etiam omnibus quæ vnquam præstiti, & etiamnum præsto tibi ô anima fidelis ex tota voluntate gratias mihi & laudes referas: maxime vbi diceris vel audieris aliquos in peccata, siue pericula incidisse, dicisque: *Benedico te Deus meus, & gratias ago tibi, quod me ab huiusmodi casu præseruasti. Aut si quandoque in simili lapsa sui, quod gratiam tuam nullis meis meritis mihi restituisti, quodque cognitionem mihi præstisti vt meos erratus confiteri & corrigere meam vitam possem. Vnde satis adducor vt sperem ea te mihi misericorditer remississe. Sic & ex omnibus vndeconque occurrentibus laudem aliquam meam elicere curabis, eamque ex omnium virium tuarum facultate mihi offeres. Quod diligenter obseruatum, puto satis te seruabit custodietque, vt non facile ad murmurandû vel temere iudicandum proximos tuos erumpas, quantalibet ab illis iniuria afficiaris.*

Semper etiam ob oculos verfabis purissimæ mez humanitatis exemplar, attentam mente reuoluens, quam ego taciturnus inter homines vixerim & cõuersatus sum: permittens me ab omnibus contemni & iudicari, spernens ipse neminem. Cùm ergo ad defendendum te, seu satisfaciendum pro te aduersus ea, quæ tibi eueniunt ac inferuntur mala, sensibusque contraria & molesta, incitaris atque tentaris, exercitij loco in mente habebis, ac sedula cogitatione ruminabis, vt ego Dominus Deus tuus me ipsum instar ouis ac agni ad occisionem duci permiserim nec aperuerim os meum ad defendendum me, sed sponte obuiam præcesserim inimicis meis.

Præterea, si rebus omnibus nuderis, & ad extremam redigaris rerum inopiam, cogita me Dominum DEVM tuum, & domum & hereditatem meam reliquisse, & dilectam animam meam in manus tradidisse hostium meorum, qui sine misericordia insurgentes in me, non pepercerunt animæ mez: Dic ergo: O Domine DEVS meus, da mihi hanc gratiam tuam, vt in similibus sequar te pro virili mea. Omnia namque bona tua sunt & tibi gratias ago, seq. laudo, quod mihi donasti hac temporaria bona pro necessitate vite mea & iterum ea abstulisti. Sicut tibi placuit ita factum est, suu nomen Domini benedictum.

Tentationibus variis diuersorum vitiorum quinam resistendum, quomodo item ex eis meritum colligere liceat.

CANON V.

ADuerte & disce insuper ô anima deuota exercitium aduersus quasunque tentationes. Cùm alicuius peccati te tentatio pulsât siue in cogitatione, siue in sensu, seu sentimento, cum aliqua tui ad illud propensione, cœstigiò affuesces mature te ipsam ad me conuertere, priusquam locum in te accipiat: ipsamque tentationem in infimo homine quasi dissimulando, seu non attendendo, nihilque in